

fessariorum agendi rationem. Facile pariter intelligi potest quod non limitaverimus ad tempus paschale jus recipiendi sacramenta erga illos qui, *modeste et non immoderate saltando*, se non reddiderint indignos.

Hanc ergo regulam et alias in isto Statuto (XX) interpretandas volumus secundum sensum theologorum, et in primis S. Alphonsi de Ligorio (*lib. IV. 429; etc.*)

Ast non negligenda sunt media obstanti huic imminenti periculo persionis, omnibus praebendo momenta quibus in istius pravi oblectamenti horrem inducantur, et graviorum auctorum opiniones.

Nulli dubium subesse potest quin per choreas faces libidini subjiciantur. Quanti enim inveniantur stimuli in vestibus minus honestis, in musica, in verbis, in aspectibus, in muliebribus lasciviis, et etiam in manuum tactibus, non aegre intelligitur.

Audiamus de his Doctorem novum Ecclesiae, S. Franciscum Salesium; cum requirit ut "choreae modestia, dignitate et recta intentione accommodatae sint."

"Animum devotum, ait Episcopus Genevensis,
" (Introduction à la vie dévote, part. 3. ch. 38.) disolvit;
" vires debilitat, charitatem refrigescit, et pravarum
" affectionum mille species irritat chorea.

" 1. Duni saltas, non paucis in aeternis flammis
" miscremantur ob peccata in saltando vel occasione
" saltationis commissa.

" 2. Interea; longe dispares, religiosi et devoti